



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Liptote.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Ironia. Eloquacuula Sallustiana commo-  
dissime exprimitur, cum aliud in seclore re-  
clusum, aliud in lingua promptum habemus,  
& sententia enunciationis in contrariam a  
verbis accipitur, ut apud Virg.

## Siccas u. superu labor est.

Apud Tullium pro Ligario, nouum crimen  
Cai Cæsar, &c. in Clodionem, &c. in Curionem,  
tu verè festiuus, tu elegans, tu solus urbanus,  
quem decet muliebris ornatus, &c.

Ironæ autem species sex. Chleuasmus, si-  
ne epiceromæsis, Charicetusmus, siue scom-  
ma, Astismus, Diasyrmus, Exutenismus, Sar-  
casmus.

## Isocolon.

**Ruf. p. 19** Hoc autem diuibus, aut pluribus sententijs  
breuibus, & inter se paribus exiguntur: ira ubi  
hoc est. Ne aquam mihi diues est, quamvis  
multa possideat, qui neque finem haber  
cupiend, neque modum status videnti. Nam &  
multum desiderat, egenus est signum: & ni-  
hil parcere, egeftatis est initium. Scorsum est,  
beneficium dare libenter, & iniuriam facere  
nolle. Nam dando beneficium, exemplo be-  
nevolentiam acquirimus: non faciendo iniu-  
riam, dantaxat odium vitamus.

**Aquil. p. 18.** Isocolon, ex equatu[m] membris. Fit autem,  
quoties non pugnantibus inter se, sed paribus  
tantummodo verbis, duo, vel etiam plura  
membra, quæ nō dīcūs, explicantur: vt  
si dicas hoc modo: Classem speciosissimam  
instruxit, exercitum pulcherrimum, & fortis-  
simum delectit. Addere etiam licet: Sociorum  
maximan, & fidelissimam manum comparauit.  
Et longius codem modo progredi, dum ne  
in fastidium incurias.

## Leptologia.

Rei cuiusdam per minutias absoluta exposicio,  
trav. ἐν τοις έταιροις τοις συμβούλοις, ή συμ-  
βουλευτον την διείλη, κατα πεπτωτην οργανω-  
νησθε. Hæc figura plerumq[ue] offici graui-  
ori eloquentiæ, ubi minuta quæque non sunt  
percensenda.

## Liptote.

Auctoritate, malum λέπτον, quā minus dicitur, &  
plus intelligitur, ut Georg. Nec mihi dispi-  
ceat, id est, valde placeat. Notatur à Seruio.  
Eadem ferè cum uvagov.

## Lyton

Eadem est figura apud Scholiastem Aristidis,  
ac Iakobov, de quo superius.

Hoc schema singulas res separatim disponen-  
do, & suum cuique proprium tribuendo, ma-  
gnam efficer virtutatem, & illustrem consue-  
vit. Lycurgi. Cuius omnes corporis partes ad:  
nequitram sunt appositissimæ, oculi ad petu-  
lantem lasciviam, manus ad rapinam, venter  
ad auditatem, virilis naturæ membra, quæ  
non possumus honeste appellare, ad omne  
genus corruptæ, pes ad fugam, prorsus, vt  
aut ex hoc vita, aut ipse ex vita ortus vi-  
deatur.

Item Aristotelis. Alexandro enim Macedo-  
ni, neque deliberando consilium, neque in  
præliando virtus, neque in beneficio benigni-  
tas deerat, sed duntaræ in supplicio crude-  
litatis. Nam cum aliqua res dubia accidisset, ap-  
parebat sapientissimus: cum autem configen-  
dum esset cum hostibus, fortissimus: cum ve-  
ro præmium dignus tribuendum, liberalissi-  
mus: at cum animaduertendum, clementissi-  
mus.

## Metaphys.

Diminutio. Attenuatio orationis per mode-  
stiam. Cic. 4. ad Herenn. in Liptote.

## Metabasis.

Hoc schema duobus modis fieri solet. Ex qui-  
bus unum genus est eiusmodi: cum ab ea ten-  
tientia, quam proporu[m]um, conuerterim ad a-  
liquam personam, aut tem, vt fortunam, &  
tanquam presentem appellamus, ita vt is fe-  
cit. Myron. Hæc mulier nuper fuit locuples, &  
potens in amore, atque delicijs necessariorū:  
ornatus eius opibus abundabat: manus ancil-  
larum, quæ sequebatur, comitatus appellaba-  
tur. Nunc contra subito, & graui calu afflita,  
vix mediocris ancillula dignitatem retinet. O  
fortuna, quam vehementer te rerum varietas  
oblectat, & quam magno odio est tibi beatæ  
vite perpetua, & constans fructus!

Alterum genus est, cum adid, quod demô-  
strate instituimus, ab alia re, & actionem, &  
orationem nostram reuocamus.

Demosthenes. Sed nimirum inopinans inci-  
di in causam temporis huius alienam, de qua  
posteriori dicendum. Quapropter illud, quod  
paulò prius agendum reverto.

## Metamorph.

Hoc schema fieri solet, cum ipse se, qui lo-  
quitur, reprehēdit: & id quod prius dixit, po-  
steriori sententia cōmunit. Ita vt facit Demo-  
sthenes. Hunc quoniam de me, vt volui co-  
gnoui.